

26.  
L. B. V. D. T. O. M.

DISSERTATIO POLITICA

De

JURE  
VICTORIÆ,

Quam

*Suffragante amplissima Facultate Philoso-  
phica in Regia Academia ABOENSI,*

PRÆSIDE

VIRO Cl.

Mag. ALGOTHO A.  
SCARIN,

Hist. & Moraliū Professore Reg.  
h. t. Decan. spectab.

Pro

GRADU MAGISTERII

*Ad publicum examen modeste defers*

PETRUS SERLACHIUS Filius,

BORGOA-NILANDIUS

Die IV. Junii Anno MDCCXXXV.

loco horisque solitis,

---

ABOÆ, exc. Joh. Kiämpe, R. Ac, Typ.

Hans Kongl: Majtes samt Sveriges Rikes  
Högbetrodde Man,  
GENERAL och Öfverste af Nylands In-  
fanterie Regemente i Finland,  
Den Högwålborne Herren

**Herr CARL  
ARMFELT,**  
Frij. Herre.

**M** then ett starkast är, som land och stå.  
der vinner,  
Men then som lärt sig sielf at hålla uti  
känn,  
Beskydda wet sit Gosc, är om then usla öm:  
Wist **SECRET** ta huss **ESR** det råttas wårdet  
finer.

Nu hwad som **SECRET** är, och hur' thet med  
bör handlas,  
I denna lilla skrift, iag ensaldt wijsa må,  
Hur' Råd och sachtas mod i bredde böra stå;  
At lyckan aldrig må i olycks fall förwandlas.

Hwar Swänst, Herr GENERAL, som sig EHR Tro  
på minner:

Hört talas hwar EHR mod och tapperhet har giått;  
Med hwar för blodig ARM i segrat han i

JUDE:

Def hierta til EHR låf sig straxt upmuntrat finner:

Med sådan jemwicht I ståd; Nåd och rätttes  
blandat,

Ut ingen af them för, och ingen efter siätt:

Försigtighet sit rum, sit rum och styrkian fått:  
EHR tahl och Eder werck en himmelsk härkomst  
andas.

I Eder och Metall bör man EHR minne grafwa;  
Ut Tapperhet och tro de måge få sin lönn.

Hoss efter werden ock EHR lager bör stå grödd,  
Ut Barn och Barnabarn en estersyn må hafwa.

I Zinland önske Wij, at thenna lyckan wore  
Så långwarachtig, som then nöjsam är och stoor:  
Ut länge Eder hand må styrre SEGRENS rovr,  
Och döden listwek trä med lian seent affköre!

EHR wåhlfård ware Gud, til mycken Nåd be-  
fallad!

Hans Starcka ruste sig omkring EHR, hwar  
I far!

Han ock om all EHR werck en trogen wårdnad  
ha,

Tils äntlig' mått af ähr I blin til himla kallad!  
Eder Excellences

allerödmuikaste Tienare

PETRUS SERLACHIUS

S:æ R:æ M:tis  
Magnæ Fidei VIRO

Reverendiss. in Christo Patri ac DOMINO

**D<sup>N</sup>. DANIELI  
JUSLENIO,**

S.S. Theol. DOCTORI celeberrimo,  
Diœceseos Borgâensis EPISCOPO e-  
minentissimo. Gymnasii & Schola-  
rum ibidem EPHORO accuratissimo,  
venerandi Consistorii PRÆSIDI gra-  
vissimo.

MÆCENATI MAXIMO.

**B**enivolentia illa, qua omnes præsertim li-  
terarum cultores amplecti soles, efficit, ut  
magni TUI Nominis splendore, tennes hæ ex-  
ornari efflagitent pagelle. Quas ego pia &  
devotissima TIBI mente offerens, oro obsecro-  
que, velis eas benignissime suscipere, measque  
quantitas spes atque fortunas gratia & au-  
toritate TUA, qua plurimum valet, sublevare.

*Permansurus usque dum vixero.*

REVERENDISSIMI TUI NOMINIS.

*Devotissimus cultor*

**PETRUS SERLACHIUS.**

S:æ R:æ M:tis  
Magnæ Fidei VIRO

*Perillustri atque Generosissimo BARONI,*

**D<sup>N</sup>. CAROLO  
JOHAN. CREUTZ,**

Majori strenuissimo,

Libero Baroni de Sarflax & Firsby &c.  
MÆCENATI OPTIMO.

**C**um non ita multo ante me non indignum  
existimares, cui generosissima Sobolis TUA  
institutionem litterariam demandares, fateor  
ingenue, TUO beneficio, liberalitatis & humani-  
tatis documēta, voto omni meo majora cumula-  
tioraque, mihi collata fuisse. Quamobrem ego  
mearum partium esse existimavi præsens animi  
mei minime degēris, quamvis humile & minu-  
tum monumentum, TUO NOMINI consecrare,  
quod ut fronte faventiori aspicias, quam  
enixissime oro atque contendo. Servet TE, De-  
cus gentis nostræ quam diutissime salvum &  
incolumē DEUS O. M: Et quemadmodum sago  
pridem, ita in posterum pacatis reipublicæ ne-  
gociis diutissime superstitem esse jubeat! Est  
illud summa votorum.

Perillustr. & Generos. Baron. & Major.

*humillimi cultoris*

**PETRI SERLACHII**

*Plurim. rever. atque præclarissimo Domino*  
**Mag. JOHANNI NYLANDRO,**  
In Reg. Gymn. Borgoensi S. Theol. LE-  
CTORI meritiss. Ven. Conf. ASSESSORI  
accur. PASTORI in Laptråst vigilant. pri-  
dem præceptoris ut optimo, ita nunc quo-  
que promotori certissimo.

*Plurimum reverendo atque præclarissimo VIRO*  
**Mag. GABRIELI FORTELIO,**  
Reg. Gymn. ejusdem Hist. & Moral. LE-  
CTORI laudatiss., Ven. Conf. ASSESS.  
Templi Cathedralis ARCHIDIACONO  
& h. t. Gymnasii RECTORI celebratiss.

*Plur. rever. atque præclariss. VIRO,*  
**Dn. Mag. LAUR. ÅKERSTEDT,**  
Pastori in Mörstom dignissimo, Affini meo  
honoratissimo.

*Plur. rever. atque doctissimo,*  
**Dn. JOHANNI KOJANDRO,**  
Pastori in Ruokolax fidelissimo, Affini æ-  
stumatissimo.

**V**obis Fautores benignissimi, Affines optimi,  
banc opellam in venerabundi gratissimique  
animi pignus, ob plurima mihi præstita benefi-  
cia cum ardentissimo voto pro vestra felicitate  
perenni offert, dat dedicatq.

**Plur. rev. præclariss. & honoratiss. N. V.**

*Cultor observantissimus*

**PETRUS SERACIUS Fil.**

*Ad Clarissimum Philosoph. Candidatum,*  
**Dn. PETRUM SERLACHIUM,**  
cum pro obtinendis summis in Philo-  
sophia honoribus, pereruditam ederet  
de *Jure victoriae* dissertationem

**Q**uamprimum ad aures meas perlatum esset.  
*TE Clarissime Dom. CANDIDATE,*  
pereruditam de *Jure Victoriae* editurum esse  
dissertationem, letitiam inter precoraria diu-  
tius continere non potui, quin illam publice  
paucis testatam facerem, Tibique summam  
Tuam juxtaque indefessam in elaborando, no-  
bili hoc argumento industriam gratularer.  
Ut enim venatores feram norunt ex impresso  
vestigio: ita ex specimine hoc rerum pleno,  
qualis sis in ceteris, de facili potest judicari.  
Mearum in praesens quidem partium esset, vir-  
tutes Tuas pulcerrimas, eruditionem prorsus  
singularem, raram modestiam ingeniumque  
minime vulgare, dignis predicare laudibus;  
verum cum probe cognita Tua modestia satis  
ostendat, Tibi pluris esse laudes promeruisse,  
quam iisdem multis onerari, & insuper praesens  
hac dissertatio ingenii Tui vim satis su-  
perque prodat, silentio omnia praetereo. De  
cetero votum pro incolumitate atque felicitate  
Tuae

*Tua addo cauidissimum, velit D. O. M. studia & labores Tuos, quibus te bono cuique satis probasti, ita in posterum dirigere, ut vergant in ipsius gloriam, Tui Tuorumque omnium gaudium ac emolumentum, quo tandem fructus, quos virtus inausuariaque Tua meruere, colligas, reportesque uberrimos. Vale.*


*Amicam mente & manu apposuit*  
GUSTAVUS CREUTZ.

---

## CONSPECTUS

- §. I. *Viam ad institutum sternit.*  
§. II. *De illa victoria, quæ iustitiam armorum sequitur, agit.*  
§. III. *Terram quam vindicamus, vastare minus convenit.*  
§. IV. *Fus in sepulcra non est absolutum.*  
§. V. *An religio victoria objectum, disquirat?*  
§. VI. *An res sacra?*  
§. VII. *An pudicitia?*  
§. VIII. *An impuberes & cetera imbellis turba?*





A. N.

§. I.

**V**ictoria natura insolens  
ac superba est dixit præ-  
clare Cicero in orat:  
pro Marcello: id quod effa-  
tum eo verius est, quo sæpi-  
us principes & belli victores  
eadem abuti, suisque, secundis  
licet, rebus ægre acquiescen-  
tes, ira, crudelitate, & super-  
bia in devictorum corpora  
& rem omnem familia-  
rem eorum grassari solent.

A

Ve

2  
Verum enimvero, sicut modus  
in illo supra modum constituto  
fortune gradu laudandus  
est quam maxime: ita imper-  
rantem & ducem belli in pri-  
mis commendat, si in illa re-  
rum prosperitate ipse suam quo-  
que fortunam reverenter ha-  
beat, & invicem virtutes con-  
ferre & temperare noverit, ne  
falsa sub imagine justæ recti-  
tudinæ in vitia degenerent. In  
ceteris, quæ principem or-  
nant virtutibus, præcipuo lo-  
co elucere *clementiam*, quæ  
pœnas remittit & belli fero-  
ciam minuit, nemini ig-  
notum esse potest. *Illæ* est,  
quæ ex utili & bono societa-  
tis humanæ, afflictis parcit, fe-  
ra

3  
ra cæde abstinere, & ut coalescat quies atque tranquillitas seculi, saltem poenæ partem remittit atq; a severitate puniendi identidem deflectit. Efficacit victoriae moderatio, ut in ipso quoque fervore pugnae, civium & sociorum ratio habeatur, cædes & prædationes, rapinae, templorum destructiones & sacrarum rerum profanationes, stupra, reliquaque temeritatis & inhumanitatis genera cessent & confideant. *Parcendum esse civibus*, Seneca monet, *non aliter quam membris languentibus*, Et si quando misso sanguine opus fuerit, *sustinendum esse se, ne ultra quam necesse est,*

*incidas.* *Clementia* inquit, cō  
*mnibus quidem hominibus se-*  
*cundum naturam, maxime ta-*  
*men decora imperantibus: quan-*  
*to plus habet apud illos, quod*  
*servet, quantoque in majore*  
*materia apparet. Cum autem*  
*virtutibus inter se sit concordia,*  
*nec ulla altera melior aut ho-*  
*nestior sit, quedam tamen qui-*  
*busdam personis aptior est. Huc*  
*etiam referri possunt illustria*  
*Ciceronis verba in orat. pro*  
*Marcello, quæ veluti modum*  
*Imperantibus præscribunt, quo-*  
*modo moderate ac temperan-*  
*ter victoria utantur, ne in*  
*prudentiæ leges impingant: a-*  
*nimum inquit, vincere, iras-*  
*cundiam cohibere, victoriam*  
*temo*

5

temperare, adversarium nobilitate ingenio, virtute præstantem non modo extollere jacentem, sed etiam amplificare ejus pristinam dignitatem; hæc qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum DEO judico. Ne autem jus illud, quale sibi imperans victoria asseruit, longius proferatur, quam honestum fuerit, paucissimis saltem victoria aut si mavis belli rationem, & quæ salva humanitate sibi jura asserere queat, adumbrare, conabimur. Interim Tuam Cand. Lector obrestamur benivolentiam, ut nostro in re magni moliminis, quantillo conatui ex hu-

ma.

manitate atque benigno Tuo  
 iudicio, vires & pondus ad-  
 jicias.

§. II.

**A**Ntequam ad ipsum ob-  
 jectum victoriæ penitus  
 considerandum, delabimur,  
 juvat paullo altius terminos in  
 frontispicio dissertationis oc-  
 currentes, evolvere. Per *jus*  
 non heic intelligimus physi-  
 cam facultatem & potestatem  
 modo promiscuo agendi, seu  
 potentiam legibus adversam  
 exercendi; qua victor abuti-  
 tur imperio suo insolenter,  
 & hostem, quem semel pro-  
 straverat planeque inermem  
 reddiderat, non solum denuo  
 infestat; sed & genti & re-  
 gio-

gioni ceterisque bonis illius  
 tantum non omnibus necessi-  
 tate nulla urgente, vastita-  
 tem inducit. Sed *ius* nobis  
 significat facultatem moralem  
 agendi habendive id quod ju-  
 stum & a legibus tributum  
 fit. Per victoriam volumus  
 intellectum hostilis decertatio-  
 nis felicem eventum, qua e-  
 orum, qui belli sese alex ex-  
 posuerunt, alter alterum acie  
 superat & ad sequendum iram  
 suam atque fidem, h. e. pa-  
 tiendum omnia ea, quæ in  
 victos, victori liceant, adigit.  
 Patet autem vel ex illa descri-  
 ptione, caute leniter & mo-  
 deste habendam esse victori-  
 am: quod ut rite fiat, per-  
 pen-

8  
pendere debet victor sicut carceres, ita metam & calcem, quæ inter vires suas moveat, præfixam esse, adeoque sollicite cavendum, ne limites in Jure naturæ & gentium præscriptos transgrediatur. Nam sicut salus reipublicæ suprema lex est, ita inter summi Imperantis officia, illud pro minimo neque reputandum, ut caveat semper, ne tale quid moliatur, quod famam lædat inque suam sæpe non minorem quam aliorum perniciem solummodo tendat. Svadet *humanitatis* ratio, ut invicem propter socialitatis vinculum, beneficium etiam hostibus exhibeamus; fortunæ, licet pacem  
cem



sem agere velle videatur, non temere credamus, & proinde victos excipiamus atque tractemus ea cum cautione, qua conversa fortuna, nos ipsi ab illis tractari vellemus. maxime cum, annalium fide, vix illustriore loco res alia posita sit, quam quod ludibrii & crudelis suae voluptatis nomine, iusti victores licet, iustas non raro poenas illi quoque; easque gravissimas dederint temeritatis suae. §. III.

**J**Nde jam pronum est colligere, utrum hostium regiones vastare, urbes deleere, agros incendere & omnia una quasi procella subvertere, victori conveniat?

Jure

Jure Naturæ, licet absolute  
 infinita & illimitata potestas  
 nulla justo victori permiffa vi-  
 deatur, non negaverit tamen  
 quisquam, flagrante belli di-  
 ferimine eandem, quam *inju-  
 stus hostis* potestatem sibi de-  
 polcit, innoxium belligeran-  
 tem arripere & sibi viciffim  
 afferere posse. Quod vero  
 depugnata feliciter pugna,  
 viribusque *plus ultra* bellige-  
 randi attritis consumptisque  
 jacenti hosti insultare & cum  
 silvis & agris, & qui illis in-  
 fident, penatibus bellum ge-  
 rere fas sit, id non finis  
 belli, neque socialitas, quæ  
 in illa afflictione naturæ hu-  
 manæ, illico reviviscit, facile  
 per-

permittit. Quia ipsa neque prudentia belli, dum super eventu belli, ancipiti adhuc Marte pugnatur, istiusmodi rigorem semper & absolute admittit. Nam si hostium terram præcipue cultiorem, quam pro sua forte venditat victor, relinquit intactam, huius conservandæ studio, ne illa vastetur, hostis redditur in oppugnando victore remissior ac timidior: adeoque suarum caritate sedium, ad æquas condiciones facilius adducitur. Id quod Gallorum Romam oppugnantium aliorumque prudentissimorum belli ducum exemplis plurimis evictum dare pronum esset. Tanto magis

autem æquilibrium illud humanitatis atque prudentiæ, in victoria adhibendum, quanto omnis ultra *justos fines* excessus belli ultionis, nullo modo liciti rationem habeat. De *Xerxe* Persarum rege scribit *Herodotus*, quod in expeditione contra *Græcos*, agricolis & pastoribus ubique parci voluerit, nec nisi armatis viris bellum inferre se pronunciarit. Apud *Indos* quoque nefas fuisse ait, agricolas in bello capere, aut agros eorum vastare. Quæ tamen cum grano salis accipienda sunt exempla. Hi autem si durante bello, stultum putaverint penitus eos lædere, qui, ut

tru-

frugifera humus esset & generi humano salutifera curarent: de illis victoribus quid dicendum sit, facile quisquam judicabit, qui nullo proposito vero fine, tantum ut perdant, res usui humano eorumque dominio consecratas destruant atque corrumpunt.

§. IV.

**C**onfecto bello, populorum & regionum, quas vicerimus, conservatarum quã depopulatarum simulacra gratum & gloriosum magis triumphi spectaculum præbere §. præcedenti evictum dedimus. Dispiciendum porro, utrum ipso etiamnum flagrante bello, in sepulcra & quam  
cuno

cunque aliam ejus generis sup-  
 pellectilem hostis, sibi jus as-  
 serere *victoria* possit. sed *ju-  
 sta*. Etenim ex injustitia nullum  
 jus oriri tratatitium est. Si-  
 cut enim pyxis nautica cur-  
 sum rectum navigantibus: ita  
 bellum gerentibus illa, puta  
 armorum justitia determinabit,  
 quid adversus injustitiam arma-  
 tam, salva humanitate moliri  
 liceat. At enim concedere  
 nulli possumus, ut in sepul-  
 cra, præsertim vero demor-  
 tuorum cadavera suam exer-  
 cere sævitiam victori licitum  
 censeatur. Quippe quæ jura,  
 apud omnes gentes, maxime  
 vero Christianos sancte & reli-  
 giose habita fuisse; illorumque

violatores pœnam, faltem non odium generis humani effugere potuiffe, notiffimum eft. Ita enim Cicero Phil. 9. c. 6. fcribit: *ſepulcrorum ſanctitas in ipſo ſolo eſt, quod nulla vi moveri atq; deleri poteſt. atq; ut cetera exſtinguntur, ſic ſepulcra ſunt ſanctiora vetuſtate.* Grotius quoq; inter religioſa numerat ſepulcra, eademque violare contra Jus gentium eſſe aſſerit. eamq; ſententiam anteceſſoris ſui probant commentatores tantum non omnes, præcipue *Athenienſium* gentis ſub exemplo, pro pudioſo loco hoſtes ſuos habentium, qui ſepulcra, monimenta que in finibus ſuis diruiſſent, manes nudaſſent, terra que con-

te-

regi ipsis invidissent. Nos vero distingvimus inter lapides ipsos & contextum sepulcrorum, ea quæ, necessitate jubente tolli posse, si quid ex ipsis causæ suæ aut rei, noxæ aut detrimēti imminere, victor prævidere queat, non negamus: & inter mortua corpora, quæ nec violari posse, nec debere naturæ convenienter humāæ, existimamus. Nam cum nullum amplius a mortuis immineat periculum, nullus metus impendeat, in eos vim belli aliquam exercere, impium utique facinus foret. Imo stolidū non minus esset iis nocere velle, quib⁹ noceri amplius nullo modo potest; quippe qui vitam jam ante suam amiserunt.



serunt, quorumve existimatio  
 omnis supra hostilem est poten-  
 tiam. Quæ enim contra o-  
 mnem humanitatem magis di-  
 recta res excogitari potest,  
 quam cadavera tæbris devota,  
 carcerib⁹ conditoriisq; suis ex-  
 trahere & in lucem postliminio  
 revocare, publico viventium lu-  
 dibrio? Cui non Juris Naturæ e-  
 dictum illud notissimū: *quod tibi  
 non vis fieri, alteri ne feceris?*  
 Ipsi vero si in nosmet & corpo-  
 ra nostra semesa atque infecta  
 tabo, benigna usque adeo æsti-  
 matione ferimur, ut velimus  
 nullo modo exponi eadem i-  
 gnominiæ, dilaniationi & pu-  
 blico dedecori, remanet nos  
 eandem pietatem aliis exhibere

B

debe-

debere naturæ nostræ confor-  
 tibus, quos dies sua pridem  
 bonis malisque vitæ hujus exe-  
 mit. Quare indignationem  
 prorsus & detestationem me-  
 retur barbaries illa & horren-  
 da crudelitas, qua *Spira*, *Fieidel-  
 bergæ* & *Manhemii* in mortu-  
 orum promiscue corpora gras-  
 sabatur superioris seculi hosti-  
 litas: idque eo usque, ut non  
 tantum sepulcra temerarent  
 atque violarent, sed & princi-  
 pum virorum funera, gentium  
 societati erepta pridem, ea-  
 demque omni aptitudine de-  
 stituta doloris sentiendi, dor-  
 mitoriis suis exuerent, verbe-  
 ribus ac flagellis cæderent, a-  
 liaque, ultra humanitatem pro-  
 lata

lata barbarie, ignominiose & inhoneste haberent.

§. V.

**H**inc prono alveo illud neque que difficulter fluit, quod victori religionem hanc vel illam, invitis devictorum animis, obtrudere nullatenus fas sit aut permissum. Prout enim ad humanam potestatem plane non pertinet arbitrium discernendi, quid quisque cogitet, sentiat aut velit: quin actus illi neque, quatenus immanentes sunt, vel juvant, vel evertunt tranquillitatem aut justitiam belligerandi alienam, remanet, uti non ex *subjectione*, principi: ita neque belligeranti justo, ex *victoria* oriri aut adnasci jus

aliquod, ad sensum & religionem, pro lubitu, quamcunque obtrudendum. Quæ dissidiorum bellorumq; faces, religionis nomine, accensæ sint ab illis nullo non tempore, qui non DEO ejusq; *Verbo*, sed suæ auctoritati judiciū rerum spiritualium consecrari volunt, & propterea, quo in Romanos Caligula, eodem zeli fervore in cives a suis sensibus dissidentes insanire piū & honestum putant, id testatur Asia, Africa & magnā partem Europa, quarum in terris umbræ lethalis, gentes ambulāt, eademq; apostolicæ & veræ religionis suæ sinceritate pridem exciderūt. Placuit summo rerū moderatori hominem præstan-

tiffimis tam animi quam corporis ornare facultatibus, ut non præcipiti ac temerario, brutorum instar, feratur impetu, sed rationem ducem sequatur, ac in eum Numinis cultum propendeat, qui felicitatem civilem & generis humani socialitatem adeo non turbat, ut eandem potius stabiliat & exemplis illustri loco positis confirmatum eat. Jam vero cum talis sit indoles & disciplina *Christiana* religionis, ut non Saracenorum *Muhamedis* instar illius, in armis nata sit, non arma spiret, neque armis propagari amet, sed doceri & persvaderi; quantum in religionem & quaecunque jus

vicio-

victoriæ relictum sit, non e  
 longinquo quisque perspicere  
 potest. Ad eandem suscipien-  
 dam & cogendam non vis ar-  
 morum aliqua, neque cruciatus  
 valent; quin obfirmant potius  
 animos, quam frangunt & per-  
 svadent. neque iis catenis, qui-  
 bus ligavit Paulum apostolum  
 Romana potestas, veritas verbi  
 Div. aut conscientia illius liga-  
 ri potuit. Anima siquidem nobi-  
 lissima pars hominis & divinæ  
 mentis effigies est, quæ nullis  
 bellorum arumnis, neque metu  
 ullo cogi potest ad evidentissi-  
 mas sæpe veritates abnegandas,  
 aut ea in religione suscipien-  
 da, quæ vel a ratione, vel  
 a divini verbi norma aliena  
 judi-

judicat. In summa; cum non perinde ac jurisdictio quæcunq; humana, sive togata sive sagata, circa *actus* externos versetur religio, sed *interni* & occulti ad eandem pertineant, quos illa lex sola vi sua dirigit, quæ intus & in *animo* male cogitanti minas intentat; hinc *Tertullianus* ad *Scapulam* graviter & indoli rei convenienter pronuncia- vit: *non esse religionis cogere religionem, quæ sponte non vi suscipi debeat. Fides enim inquit, non est res necessitatis sed voluntatis.*

§. VI.

**Q**uod autem ad *res sacras* attinet, per quas ædifici-

ficia & loca, precibus fundendis, aut curandis reficiendisque ægrotis destinata, itemque simulacra, vasa, vestimenta, & quicquid ad sacrarum ædium ornatum spectat, intelligimus, num illas destruere & sui juris facere victori liceat, altioris indaginis res primo intuitu apparet. Fateor super isto problemate, per omnia neque convenire inter se doctores nostri & superioris seculi nonnullos; certe non illos, qui in rituum pompa atque quæstu non minimam colendi Numinis rationem *sanctitatemque* constituunt. De templis; illa quidem belli jure comprehendi nullo



nullo modo posse arguunt. quod sint illa Dei quasi quoddam peculium, ejusque religioni dicata & propria, ita ut peculiari modo quæsitum jus, illudque perpetuum quasi in illa habeat, neque sine injuria violari queat. Et quod ceteras res attinet, quatenus ecclesiæ, omnis alex atq; jurisdictionis civilis illas quoq; expertes esse contendunt, quippe quarum reverentia prohibeat, quo minus rerum secularium instar, habeantur & furentis belli alex obnoxia censeantur.

Sunt illa argute satis excogitata a pontificiis doctoribus, hierarchiam h. e. rempublicam sacram suam a republica civili

vili distinctam fingentibus, ut  
 suæ, sine detrimento sensive  
 calamitatis ullo, rei atque  
 imperii dilatandi rationes ma-  
 gis magisque provehere pos-  
 sint. Verum est in promptu  
 manifesta ratio, cur illorum  
 accedere sententiæ non illico  
 possimus. Si aliarum gentium  
 exemplis confici res, eadem-  
 que extra controversiam col-  
 locari posset, non negamus i-  
 p̄s quoque gentilibus <sup>à JEM 1501</sup>  
 fuisse: Deos prædæ cedere,  
 eorum simulacra abripi, e-  
 gestoque auro, quod trium-  
 phis atque votis, populi Roma-  
 ni ætas omnis sacraverat (a) spo-  
 liari. Verum postquam Chri-  
 stia

(a) Tacit. An. 15. 45. I.

stiani reſtiora edocti ſumus,  
 non ullis victimis aut ſpoliis  
 triumphorum, neque opulenti-  
 æ ambitu aliquo, ſed *ſpiritu*  
 & *veritate* Numen a fidelibus  
 adorari velle, adeo non  
 receptæ Doctorem illorum ſen-  
 tentiæ ſimpliciter accedere poſ-  
 ſumus, ut *incolumitatis* in bello  
*necesſitati* humanæ, ſuum lo-  
 cum & juſtum favorem dene-  
 gemus. Neque enim ſacræ  
 res aliquæ Deo ita ſunt pro-  
 priæ, ut inferant neceſſitatem  
 aliquam abſolutam *ipſis* hoc  
 modo & non alio utendi: quin  
 poſſint, perinde ac ceteræ res ſe-  
 culares, certo tempore atq; caſu  
 in hominum alios quoq; uſus  
 converti. Neque injuriam pa-  
 ti

ti Numen censendum est, si urgente necessitate, diversum a priore usum præstare cogantur: inprimis cum ipse Deus in vicem pœnæ, ob peccata hominum, vasa & cetera ad patrimonium ecclesiæ spectantia direptionem subire non solum permiserit, sed & direptum iri, subinde interminatus sit. (b) Quod alterum argumentum attinet: ecclesia in republica ut societas, collegium, aut universitas considerari debet, nec nisi sacro ab ea respectu distat, adeoque saltem ratione directionis

extero

(b) 1. Reg. 9. 7, 8. Mich.  
3. 12. Jer. 26. 18. Mat.  
24. 1. 2.

externæ, civili imperio exempta non est. Scilicet cum habeat ecclesiastica supellex indolem eandem, atque aliæ res, ut dominium, ad minimum civitatis publicum, non respiciant, remanet ad arbitrium & providentiam principis pertinere, ne quæ earum rerum usum incolumitati publicæ, avaritia subtrahat & pietatis ficta simulatio. Illud vero jus, si, salvo jure Divino, principi sit in vasæ & cetera bona ecclesiæ; si urgente necessitate aurum & argentum ecclesiæ converti potest ad redimendam publicam salutem (a) bellicum jus idem quis justo hosti derogari velit, si in suum peculium translato

(a) 2. Reg. 18. 13. 14. seq.

lato rei gerendæ nervo isto, suas vires auctum hostisque iniusti vigorem incisum immi- nutumque eat. Non negamus usum, cui aliquid dicatum destinatumque est, multum conferre ad rei dignitatem & excellentiam, præ ceteris rebus communibus & ignobilioribus. Ast cessante ejusmodi usu, sacer respectus cessare aliis perinde existimatur. Interim tamen media heic incendendum est via, ne nimium quantum videamur licentiæ indulgere velle. Vasa sacra non aliter tractari debent, quam aliarum rerum moralium fert conditio, quæ æstimationem suam accipiunt a fine. Tan-

tum

tum ergo licet, quantum fi-  
 nis belli permittit. Belli autem  
 justi duplex est finis : *defensio*  
*nec non cessatio & reparatio in-*  
*jurie illata.* Quæ jam ad finem  
 hūc faciunt, permiffa sunt, quæ  
 vero contra, non item. Quam  
 obrem etiam *Polybius* præclare  
 dixit : *Munitiones, hostium,*  
*portus, urbes, viros, naves,*  
*fructus, & hoc genus alia*  
*occupare aut perdere, ut eo*  
*pacto res inimicorum atterantur,*  
*propria adaugeantur & ad ex-*  
*itum consilia facilius perdu-*  
*cantur, ad hæc, inquam, omnia*  
*leges & jura belli nos cogunt.*  
*At quæ tuis nihil commoda-*  
*tura sunt, neque autem ho-*  
*stibus ulla in re, ad præsens*  
*certe*

certe bellum quod attinet, incommodatura, ea nullo bono ire perditum: & templa & statuas atque his similia ornamenta omnia delere, quis neget id esse hominis & moribus & ira furentis. Insolens igitur & illiberale facinus erit sacras res dejicere atque spoliare, cum nulla rerum & reipubl. servandæ necessitas præsto est: & irreligiositatis potius quam tuendi regiminis & subsidiorum ratio quædam se representat.

§. VII.

**A**N ad pudicitie muliebris contumeliam prostitutionemque se extendat jus victoriae, controversant inter se quo-



quoque Doctores Scholastici. Verum non opus est, ut heic ambagibus utamur; pudicitiam pro summo foeminarum decore ubique gentium habitam, fuisse & semper habendam esse, ratio ipsa & gentium annales, communi quasi generis humani voce, consentiunt. *Quid salvi est mulieri, pudicitia amissa?* inquit Lucretia, postquam in domum illius hostis pro hospite irruisset Tarquinius juvenis & ex illius prostrata verecundia crudele gaudium abstulisset. Unde nulla major contumelia honestæ feminae inferri potest, quam si quis invitæ eripere aggredietur id, cujus integritate ejus sexus decus maxime aestima-

tur. Igitur facilis jam nobis  
 suppetit responsio, quod sit il-  
 lud nefas omne contra Jus Na-  
 turæ, Gentium & multo ma-  
 gis contra Christianismum.  
 Nam pudicitia ipsa per se est  
 virtus, quæ sine summo sce-  
 lere violari nequit, quam  
 Deus ipse legibus suis muni-  
 vit. Hanc igitur in fœminis  
 rem integram & ab omni vio-  
 latione liberam pronunciare  
 tanto magis convenit, quanto  
 ludibrium omne, imprimis v.  
 illud, quod in castitatem  
 corporis alieni dirigitur, effera-  
 tæ libidinis actus est, inten-  
 dens neque juris defensionem  
 aut executionem aliquam,  
 neque supplicium aut securita-  
 tem in futurum. Tantum e-  
 enim

nim abest, ut supra ad hos-  
 tes vincendos reparandamve  
 injuriam faciant, ut eosdem  
 manifesta affectos injuria ad  
 rabiem potius ignominiaque  
 desperatam crebro ultionem  
 adducant. Et licet *Tillio* Du-  
 ci in bello S. Germanico *Cæsa-*  
*ris* religiosissimo scilicet, tri-  
 umphus ille, quem captâ *Mag-*  
*deburgo* ( *Parthenopoli* ) ex  
 pugnatione nova pudoris mu-  
 liebris, milites ejus ipsi com-  
 parassent, ad immortalitatem  
 nominis longe gloriosissimus  
 visus fuerit: sua tamen lau-  
 de defraudanda nullo modo  
 juris & humanitatis exempla  
 diversa & multo sane illustri-  
 ora, quæ in gentibus passim  
 leguntur. De *Scipione* inveni-  
 mus,

mus, quod cum *Numantiam*  
 expugnasset & pulcherrima  
 virgo adduceretur, ipse non  
 admiserit eam in conspectum  
 suum: certe ut pulere addit  
 historicus: *ne aliquid etiã ocu-*  
*lis de virginitatis integritate de-*  
*libasse videretur.* CAROLI XII.  
 nostratis, immortalis memoriæ,  
 regis virtus & verecundia &  
 humanitas militaris, cui inco-  
 gnita est? Illum, cum ad  
 Clischoviam Saxonicas tuderet  
 copias, unaque illustrium foe-  
 minarum globum cepisset,  
 quæ cladis Svethicæ oculis co-  
 ram usurpandæ, suisque, si  
 Diis placet, congratulandæ cause  
 se accessissent, quis nescit a  
 deo non ludibrio atque con-  
 tumeliæ easdem permisisse, ut

valido milite custoditas potius  
intra Saxoniae aut saltem Si-  
lesiae fines deduci incolumes  
curaverit.

§. VIII.

**A**ddi dictis insuper potest,  
quod potestas, qualem sibi vi-  
ctor victoria asseruit, cum æqui-  
tate neque facile consistere possit,  
si ad imbellē turbam, impuberes  
puta, foeminas, decrepitosque se-  
nes extendatur. Nam si iterum  
finem belli respexerimus, qui est  
ut recte monuit Pufendorfius: *ut  
quantum impetus patitur armorum,  
non plus mali hosti inferamus, quam  
defensio aut juris debiti vindicatio &  
in posterum securitas requirit*, iterum  
illud a scopo & fine procul abesse  
apparebit, si belli jura in omnia in-  
distincte exercere velim⁹, quæ in-  
juriae accipiendæ quidem, verum  
nullius inferendæ capacia fuerint.  
Svadet ratio, ut si quid ex devictis  
hosti.

hostibus superfit, quod aliquando possit victori nocere, securitati publicæ tunc potius consulendum sit, quam inconsultæ & noxiæ clementiæ; sed hos natura fecit inermes, nec aliis nocere possint; ideoque vindictam adversus eos omnem exercere, omni humanitati & honestati contrariatur. *Armatus sit oportet, quem odervim* Alexandri Macedonis effatum fuit. A quo non multum divertit alter Alexāder, puta gloriosissimæ memoriæ GUSTAVUS ADOLPHUS Svethiæ Princeps magnanimus: Cum, quos ipsa natura inermes fecit, hos armis invadere, contra naturam & jus belli esse pronunciaret. Plura in nobilissima hac materia persequi, prohibet angustia temporis. *manuum itaque*

*de tabula.*

S. D. G.



Philosophiæ Candidaten

## Herr PETRUS SEKLACHIUS.

Her eld, Krut, Kulor utan tahl,  
 Ja sielfwa döden med stort qwahl,  
 Sig för Stridskielten wijsa,  
 Ther sökes endast Segren kär,  
 Then alle männ full löna plär,  
 Ja gifwer roo och löjsa;  
 Men huru Segren wördas skall  
 Och brukas i hwart stånd och tall,  
 Ther i fast många feela:  
 Ly böra the som kämpa rätt  
 Förnustes råd förfråga nått,  
 Hur' the then slagne heela.  
 Om detta, ja och mycket mecr  
 Herr Candidaten nu framteer  
 Ett prof utaf sin styrkia,  
 Som med suit skrähl det wijsa kan  
 Hur han ei annars än en man  
 Lärdt på sin Seger yrka.  
 Förwifo J då Skönia får  
 Hwad löbn på Segrens sida står,  
 Seen J har tappert kämpat,  
 Uti the Lärdas swära krig,  
 Ther J, i all Ehr ungdoms tid,  
 Har Segren til Ehr kämpat.  
 Jag menar, för Ehr dygd och flit,  
 Ut Lagerkianken, utan split,  
 Skal Edart hufwud fröna.  
 Jag önskar at J länge må,  
 Hwad krank och Seger syfta på,  
 Häd' här och ther så röna.

GUSTAF HELSINGIUS.

Clarissime Philosophiæ Candiate,  
Fautor Honoratissime.

**A**rc̄tior illa, quæ mihi Tecum est  
familiaritas, facit, ut ipse mihi  
negligens & immemor esse viderer  
partium mearum, si non gaudi-  
um, quod ex ingenio Tuo mirifice  
exculto ceperim, votiva hac qualicum-  
que acclamatione publice testatum i-  
rem. Major certe est Tua CLAR. D.  
CANDIDATE eruditio, major animi  
in me propensio, major vite integri-  
tas, majores ceteræ virtutes, quam  
ut eadem rudi meo attingere sustine-  
am, nedum exprimere valeam, pe-  
nicillo; Quamobrem tacite mecum  
venerari eadem omnia, quam incom-  
to sermonis genere obscurare con-  
sultum duxi. Sufficiat aliorum votis  
meas preces, admiscuisse, ut labores  
huc usque haud exigua cum laude  
exantlatos, salta demum præmia ex-  
cipiant, quæ & virtuti & eruditioni  
Tua ex æsse respondeant.

ita amico suo gratulari  
valuit

Petrus Laurentius Strengberg.